

Allevi, Giuseppe. Terzo libro delle composizioni sacre a due, tre, e quattro voci, accompagnate parte da violini . . . Bologna, Giacomo Monti. 1668. RISM A866.

Title:

TERZO LIBRO
DELLE
COMPOSITIONI SACRE
A due, trè, e quattro Voci,
Accompagnate parte da Violini, con Sonate à trè, e le
Letanie della Beatifsima Vergine à quattro Voci
con il Baffo continuo.
DI GIUSEPPE ALLEVI
Mastro di Capella del Duomo di Piacenza.
DEDICATE
All' Illu|istrissimo Signor
FRANCESCO BERNARDINO
DE IVLII CANOBII.
[orn.]

In Bologna, per Giacomo Monti. 1668. Con licenza de' Superiori.

Dedication:

Illu|istrifs. mio Sig. Padron Colendifs. |
| |

PER aprire finalmente à V. S. Illu|istrissima i sentimenti | dell' interna mia diuozione, hò stimato bene di far ric-|corso alla Musica, già che hà questa per costume di com|parire à gli occhi con tante chiaui. Resto nientedime-|no in dubio, se queste debbano seruire à me per aprire | à V. S. Illu|istrifs. il mio ossequio, ò pure à lei per pren-|dere, come si suole, con le chiaui in mano il possesso di | quell' Albergo, in cui stanza il mio cuore. Comunque si sia, le presento | questi miei Componimenti con speranza, che vsciti dall' amarezza de' miei | sudori, debbano raddolcirli nella delicatezza delle sue gratie. Non poten-|do hauer questa Musica cosa più foaue, che nelle consonanze de' suoi cor-|teli compiacimenti. Così non si trouerà, che vaddi mai più all' alto, che | quando hauerà fortuna d'esser solleuata alla sublimità de' suoi fauori; nel | che si potrà pregiare d'esser tanto auenturata, che nel portarsi da quell' alto | alle sue solite cadenze, potrà dire fortunate le sue cadute. Sono ben si | proprie le mutationi di questa professione, mà farà anche sempre mia pro-|fessione, che trà tante mutationi non si possa già mai mutare quell' offer-|uanza, che inuiolabile le professo; & acciò siano tanto più noti questi | miei sentimenti, mi son risoluto nell' eternità delle Stampe di confinarle trà | queste note; anzi perche desidero che questo mio proponimento resti fem-|pre fuegliato, lo lascio trà sospiri del canto, oltre che imparerà anche me-|glio à sospirare trà sospiri medemi l' occasioni di seruirlo. Si compiaccia | dunque d'aggradire in questo Terzo Libro de Spirituali Concerti il pri-|mo tributo della mia seruitù, che per farli pronta ad ogni suo comando, | altro non stà aspettando in queste Musiche, che le battute de' suoi amabi-|lissimi cenni, ed à V. S. Illu|istrifs. bacio le mani. |
| |

| |

| |

Di Piacenza questo dì 15. Luglio 1668.

Di V. S. Illu|istrifs. | Deuotissimo Seruitore | Giuseppe Alleui. |
| |

Index: [conflated from several indices]

TAVOLA.

A due voci.

O Iesu mi dulcissime. A due Canti.
 O vos Omnes. A due Canti.
 Refonate tube. A due Canti.
 Excitami Ciues. A due Canti.
 Sitientes Populi. A 2. Canto, e Alto.
 In fælìx anima. Dialogo a 2. Canto, e Alto.
 Venite gentes. A 2. Canto, e Alto.
 Obtupescite fideles. A 2. Alto, e Tenore.
 Plaudentes manibus. A 2. Canto, e Basso.
 Surrexit. A 2. Canto, e Basso.
 Quam mihi obscura. Dialogo a 2. Alto, e Basso.
 Vulnerata charitate. Dialogo a 2. Alto, e Basso. Del Sig.
 Ifidoro Tortona.

A tre voci.

Huc omnes currite. Dialogo a 3. due Canti, e Alto.
 Iam cæli micant flores. Dialogo a 3. C. A. e B.
 Fideles populi. a 3. Alto, Tenore, e Basso.
 Plaudite Cæli. a 3. Alto, Tenore e Basso.
 Sonata a 3. Detta la Tortona.
 Sonata a 3. Detta la Morella.
 Sonata a 3. Detta la Tonola.?

A quattro voci.

Tua Iesu dilectio. A 4. due Canti, e due Violini.
 Exulta ora meum. A 4. C. A, con due Violini.
 Litanie della B. V. a quattro.

IL FINE.

Contents:

O Iesu, o mi Iesu suavissime salve o dulce amoris conuiuium salve sacratissima hostia sacramentum admirabile misterium inefabile. Ecce propero ad te quamuis indignus & te adoro te quero suavissima esca o quam dulce pro te mori o quam carum pro te pati o quam carum pro te mori dilecte mi. O pœnam suauem o mortem vitalem o panem sacratum o cibum vitalem. O malum salubre o menfam regalem o panem sacratum o cibum vitalem. Quis me separabit a caritate tua? Quis me retardabit ab amore tuo? Num gladius? num fames? non persecutio? non tribulatio? non angustia? non nuditas? non vita? non mors? non separabit me a caritate

tua dulcissime mi Domine non arma non bellum non ignis non ferrum non fulmen non separabit me à caritate tua dilectissime Iesu. O cara incendia diuini amoris O flamma candentes perennis ardoris. Accende pectora diuina caritas vt semper diligam immensa bonitas. A due Canti.

REsonate tube pulfate timpana cytaris phialis plausibus canticis iuncta sint iubila accedant praeconia supremæ Virginis Mariæ. A nobis fugiant mæstitiæ nubila longe recedant pænarum castra adueniant vndique dulcia gaudia vbique spirent aure suaues concordent vota mentes ac verba lætitiæ in modulis Mariæ in iubilis. Audite vrbes audite populi Hæc est Mariæ cumulata meritis hæc est æternis coronata fertis. Omnes ergo fideles accurrant suasque tribuant tantæ Reginæ virtutum coronas. Sed quis audeat terrarum incola caducis floribus tam grandis animæ ornare tempora. O vos qui cælicos flores perstringitis quod non transmittis olympi ex hortulis ad terræ limina cælestia lilia. Quid non profunditis gratiarum flumina in semper arida fidelium cords. Vt cæleste cælesti Virgini fertum componant & gratiæ augmentum à matre gratiæ verius trahant. Sic fælificissimæ Mariæ in gaudijs omnes lætabimur eiusque hilari corde cantabimus grata solemnia. O mulier præpotens Regina celebris sola clementia quæ cuncta regis clamantes respice cadentes subleua peccantes retrahe nosque lætifica benigno lumine dulci regimine. O Virgo nobilis Mater purissima pacis conuiuia quæ semper exhibes tuoque nomine Cælum clarificas tuo nos numine quoque glorifica facque pertingere superna limina. Sic persuauiter sic æternaliter omnes cantabimus præcellæ Virginis grata solemnia. A due Canti.

EXcitamini Ciues assurge Populi in cytharis pfallentes in Organis canentes plaudite iubilate Promamus insuper excelsa merita celebramus igitur fortia gesta Ergo nos quoque prædicemus exaltemus collaudemus beatissimum Franciscum. En vt in astris lætantur cælites spirant in aere suaues Zephiri fauet in terris serena dies huic tantæ solemnitati ergo nos quoque prædicemus exaltemus collaudemus beatissimum Franciscum, Hic quasi nesciens hominem cælicolam sapiens terrena semper despexit cælestia meditauit & licet corpore in terris degeret spiritu tamen commorauit in astris. Hic quasi palma virens in hoc terrenæ humilitatis solo semper altius assurgens sydera calcare meruit. Quid beatius concupiscitis? Quid ergo mirabimus speratis. Quid vox retardabit a laudibus tanti viri? Quis modo vos retrahet. Si concinunt astra cur tellus conticet? Si Cælum iubilat cur meret orbis. Eia igitur lætetur orbis decantet tellus & vos plaudentes celebrate festum gaudentes agite diem lætitiæ cum iubilo & prece cum cantu cum laude prædicantes venerantes exaltantes collaudantes beatissimum Franciscum. A due Canti.

SITientes Populi ad fontem festinate & huius fontis guttas delibantes explete sitim. De fonte ebibetis cruorem qui est immensus est fons misericordiæ. O fons pretiose infunde nobis gratiam dum Christi viuo sanguine sacratum cibum conficis ò charitas qua nos sitientes explet amator Iesus Esurientes animæ ad mensam accurrite & huius mensæ cibos degustantes faturate famen. De mensa cibum manducabitis in quo latet infinita suauitas ò mensa cælestis concede nobis gloriam & vero eiusdem corpore sacratum cibum conficis ò amor qua nos esurientes explet amator Iesus. Ergo Iesu dilectissime iam sis omnibus Saluator dum fuisti & Redemptor atque simul cum dulcedine quam trahimus ex hoc conuiuio præhe nobis salutem confer nobis sanctitatem vt tibi possimus pleno ore cantare viuat Iesus verbum Patris qui redemit nos in Terris vt fruamur ipso in Cælis viuat Iesus verbum Patris qui redemit nos in terris per æterna sæcula. A 2. Canto, e Alto.

IN fælix anima quæ inimica Cælo amica vitijs abundans scelere onusta maculis in forde manes cur hodie non properas velox non aduolas ad fontem gratiæ Reginam superum. Est Maria fons perennis gratiarum ac salutis accedentes replet bonis & exornat vitæ donis. Aduocatam semper habit qui cum spe Mariam adit nec quis vnquam frustra accedit sed quod petit certo

tenet. Cælestis incola superne spiritus scio quam grande nomen quæ clementia quale patrociniū inſit in Maria. Sed quia irruerunt in me fortes & circumdederunt me laqueis infirma ſum deperdita ſum. Heu me miſeram infeliciffimam dolores languores pænæ tormenta dilacerant me affligunt me. Inclino in verba tua aurem meam ſi morbum criminis auertas à me. O fælix anima ſana es ſalua es ſi in Maria ſit tua ſpes Puritas Virginis mundabit te virtus cuſtodis ſaluabit te præcedam te quocumque ieris hoſtis inimicis tuis. O cuſtos Angele fallaces fugaces ſunt mndi vanitates veraces æterna ſt ſuperum gratiæ ad te ergo læta propero ad Mariam fælix aduolo Eia igitur ſurge lætanter dilata os mecum in laudes Mariæ ò Mariæ nomen dulce cælis gratum terris vtile quam glorioſum pro te mori te ſemper deprecor exaudi me. quam ſuaue in te morari te ſemper veneror reſpice me. Vt nos vnanimis promamus laudes Mariæ. Es pia Mater vt ſtella rutilans lac fundant vbera noſque clarifica nos beatifica & ſic cantabimus in cælis iugiter collaudantes Mariæ nomen. Es clemens Virgo pulchra vt luna auxilium exipe noſque clarifica nos beatifica & ſic cantabimus in Cælis iugiter collaudantes Mariæ nomen. Dialogo à 2. Canto, e Alto.

Venite gentes deuoti currite properate fideles languentes ſperate ſonet organum lætitiæ voces fileant meſſitiæ totus orbis gaudeat. Eſt ſolemnis Antonio dies eius colitur memoria qui refulget in Eccleſia miraculorum gloria. Iſte medicus cæleſtis certam præbet medicinam & virtutem hanc diuinam fugit morbus timet peſtis. Languet caput dolent crura truncus iaces in grabato de ſalute deſperato ars non valet nec natura. Dicant claudi ceci laudent reſtitui fanitati & languore liberati ſurdi dicant muti narrent. Tu beatiffime Antoni tu benignum Eccleſiæ lumen deuotos fideles tuam celebrantes ſolemnitatem ab omni mali liberare digneris. Te iubente nulla ledunt languor febris fata cædunt mors recedit vacua. A 2. Canto, e Alto.

Obtuſeſcite fideles & admiramini mirabilia quæ operatur in ſeruis ſuis Dominus. Ecce Antonius glorioſus Chriſti athleta qui contra iniquiffimum veritatis hoſtem fortiter dimicauit. Armis charitatis indutus clyptheo fidei indutus ita fuit in bello ſtrenuus ira vt prius ſeuiffimi hoſtis deficeret vires quam militis inuicæ patientia. In arduo labore ſuſtinuit fortitudinem & ſine mærore retinuit charitatem. Nunquam ardor veræ lucis in hoc corde frigifcebat quia flammas puri amoris in ſuo peçtore abſcondebat. Vicit io Antonius. Eia cæleſtis acies intrepido comilitoni præparate triumphos Iſte eſt qui pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem tollerauit proba ſuperauit pericula Non exhorruit pænas ſuſtinuit calumnias & quot aduerſa pertulit tot de ſe obtulit Chriſto ſacrificia. Cingite ergo tempora illius non fragilium roſarum ſed cæleſtium ſtellarum fulgentiffima corona Pulſate cytharas. Date voces organo canite laudes inuicæ herois. Reſerentur portæ cæli & vos animæ beatæ feſtinanter properate obviam militi fideli. A 2. Alto, e Tenore.

Plaudentes manibus ridentes oculis cantantes vocibus ad templum currite deuoti ſpiritus. Huc læti venite gaudentes accedite in voce exultationis. Pangamus gloriam laudemus merita celebremus triumphos Beatiffimæ/Beatiffimi N. O anima feliciffima ò fortunate ſpiritus quæ lingua quæ peçtus tuæ ſançtitatis præconia decantabit quam ſuaue melos quam dulce canticum promeris. Cæleſtes incolæ ſuperni ſpiritus Angelicæ turbæ vos promite cantibus magnificate vocibus decorate laudibus tantæ/tanti Virginis/militis trophea Hæc/Hic artes dæmonum mundi nequitias carnis impulſus ſuperauit Hæc/Hic fortis in fide amore feruida/feruidus caritate ebria/ebius dapes ſupernas obtinuit ò fælicitas Paradifi ò cæleſtis delitiæ commorari inter ſydera conquieſcere in aſtris ergo mecum fideles populi lætabundi confurgite ad laudes iubilantes erumpite in gaudia. Cantemus laudemus decoremus in terris Beatiffimam/Beatiffimum N. vt ſecum in gloria lætantes gaudentes commemoremur in Cælis. A 2. Canto, e Baſſo.

SVrrexit Saluator animæ meæ funestissime mortis micantiffimus viçtor & de tumulo egressus de cælo de sole de mundo sua in luce lucidus triumphat. Oculi lumina fydera Cæli festinate in hunc solem lustrate Saluatorem Eripe me Iesu eripe animam meam de suæ labis sepulchro sicut de tumulo eripuisti corpus tuum. Lustrate oculi lustrate sidera lustrate mundi Saluatorem ò facies sola solis hospitem ò fulgor dietatis ò splendor charitatis. Sit mihi refurreçtio tua sit mea salus sit mea vita sit mihi gloria infinita Ostende amantiffima Saluator ostende in vulneribus altra in vulneribus rofas quando de tumulo lucidus de tumulo floridus egredieris ò vulnera ò pedes de vulnere de pedibus ò latera ò manus de latere de manibus collige lilia collige hiacintos de vulnere de latere de pedibus de manibus collige hiacintos collige anima mea & gaude semper & dicas semper Alleluia. A 2. Canto, e Basso.

QVam mihi obscura accidit hæc dies quæ tam clara relucet in hoc festo. Heu me miserum quam clare patent in hac festiuitate tanquam in speculo puritatis mea scelera. Cur plangis homo qui flerus sunt isti? in plausus mæmores in risus languores conuerte? Quid tamen desperas? dole de peccatis tuis & miserebitur tui O custos Angele scelera patent quæ sunt innumera. Iustum Iudicam pertimesco. Ad Sançtam/Sançtum N. sint tuæ preces hæc/hic enim cum sit Deo chara/charus facile tibi veniam pro merebitur. Me pænitet peccasse me quis autem mihi veniam impetrabit. Ita vixit vt mortua/mortuus esset mundo & ita est mortua/mortuus vt beata/beatus viuatur hodie in Cælo. O me felicem Sançta ista/Sançtus iste sit mea proteçtrix/meus hic defensor sed quomodo tam gratus Deo euasit. O maxima beate/beati huius reçtitudò. Equidem ex eius meritis spero consequi salutem sic cum iustus spero viuere in æternum. Dialogo à 2. Alto, e Basso.

VVulnerata charitate ego sum ò mi Iesu iam mihi terra fordet sola mihi altra placent ò Iesu amor meus aperi mihi pulfante Animæ te inclamanti absorbe me ò abyssus summe dulcis immerge me o pelagus omnium gaudiorum operi omni aperi. Quid clamas quid pulfas quid quæris ò Anima. Quero quem diligit anima mea tu scis Domine quia amo te Viventi non patent ostia cæli. Vulnerasti cor meum foror mea sponfa terge lacrymas suspiria choibe en ad te venio curre meos in amplexus cerne plagat tange vulnera osculare fuge mei. ò carum principium meum ò amena lux mea ò suavis iucunditas mea aperi mi aperi. Quid vis dileçta mea. Quid cupis sponfa mea. Moriar ò bone Iesu sine te dileçte mi viuere ne queo saltem videam vulnera tua saltem osculer plagas tuas aperi mihi aperi. Te ampleçtor dulcedo mea tu es deliciæ meæ tu gaudium meum tu pura voluptas mea O suauitas ò dulcedo ò torrens voluptatum ò melliflua vulnera ò dileçte mi ò millies exoptate te osculor te ampleçtor. ò vita perennis vita dulcis & amabilis tibi iungi te amplecti. Quid volo præter te cupio dissolui & esse tecum osculare me osculo oris tui & lætitia sum. ò ardor suauiffimus vita dulcis & amabilis tibi iungi te ampleçti quis te non amet ò dulcis amor. Te osculor amor meus tu es delitiæ meæ tu pura voluptas mea tu gaudium meum Te amen te osculer te fruar in æternum. Dialogo à 2. Alto, e Basso. Del Sig. Ilidoro Tortona.

HVc omnes currite huc cunçti venite & mecum gemitus mecum suspiria è corde trahite ad Cælum. O cælum fælax ò fortunate olympe rore lætitia nos flentes visita fonte voluptatis clamantes inebria. O quæ voces de terra clamant ò qual plançtus concuciant æra qui crebri gemitus quæ profunda suspiria turbant cælorum gaudia. O spiritus beatiffima ò nuntij fælices inclinate aures attendite voces. Hodie in terris tenebrosum mæstitia chaos obsedit omnes dum collacatur in cælestibus regnis causa nostræ lætitia Maria. Lætare honore clames cessent suspiria & voces desere luçtus assume laudes. Nam ideo collocatur in Cælis Maria Virgo vt per eam præter Deum totus viuatur orbis terrarum. Regnet ergo hæc pia Mater quæ peccantium tollit fordes deprecantium audit voces Hæc est illa fælax mulier pura Virgo vera mater quæ calcando cæli folia peccatorum fit custodia. Effuga igitur suspiria homo nobiscum iubilate lætare congaude triumphat & laudes Virginis decanta. O nuntium fælax ò fortunata dies. Ergo

mortales plaudamus omnes cantemus gloriam Mariæ. Sed immensas Mariæ laudes quis enarabit? Quod lingua proferre nescit cor sincererum adorabit. Adoremus ergo simul decantemus ergo simul beatissimam Maria Dei Matrem cæli Reginam adoremus ergo simul beatissimam Mariam. Dialogo à 3. due Canti, e Alto.

I Am cæli micant flores iam terræ nitent sidera vniuersus fundant gaudia dum æter spargit lumina. Quid speratis mortales delicias honores nolite cor apponere tam fædis epulis accedite videte viri Gloriam qui Christi amore faucibus cælestes gustauit epulas dolores tormenta detinuit. O quas voces audio? qui cantus in Cælis qua gaudia in terris quæ corona lætitia meos irrumpit spiritus Dormitauit anima mea dormitauit præ tedio attenuati sunt oculi dum fortes exquirunt animam meam. O Angele vim patior responde pro me Quis est ille qui infurgit aduersum me? conterim inimicos & dolos tota die meditabor. Non auertas faciem tuam non auertas a me sic ero susceptor adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt te nimis. Afflictus sum erue me libera me de laqueo venantium configor spina dum non est sanitas in carne mea. Non approximabit non constringes quia lumbi mei impleti sunt illusionibus victoria collocabis me in obscuris sicut mortuos sæculi. Me miserum sum victus. Dominus enim orationem tuam suscepit. Protege me. Quid ploras gloriose Christi miles noli pauere firmabo super te oculos meos vt approximes ad me. In freno maxillas illius constringam Victoriā non impetrabis collocabo te Ideo magna est gloria eius in salutari suo semper gaudebit gloriosus Sanctus N. Triumphabo in astris vbi æterna est Semper lætabor in æternum. Gaudebo in Paradiso æterna est victoria. Ego dolebo in Inferno vbi nulla est redemptio Dialogo à 3. Canto, Alto, e Ballo.

Fideles populi venite properate accedite ad hanc mensam ad quam vos conuocat cælestis conditor. Venite & videte quam grande mysterium latet sub hoc pane. Properate & adorate positum inter angustias corporis in hac mensa qui immensus est. Accedite & saturamini hoc cibo qui tam suavis est. O mensa nobilis parate Filijs qui iusti sunt. Hæc mentem saturat & cor inebriat cælesti gaudio. Huc læti venite comedite bibite cibus enim iste est panis Angelorum quem Christus amore nostri feruens fecit epulas hominum. Festinate ergo venite ad conuiuium & vos repleat hic cibus pura charitate vt possitis cum Angelis tam feruido amori dicere laudes. A 3. Alto, Tenore, e Ballo.

PLaudite Cæli plaudite orbis plaudite vrbes in Francisco. Vos plaudite ò cæli iubilantes & astris illustrate & stellis coronate Franciscum qui merens in mundo gaudijs & gaudens in orbe mæroribus mundum semper debellauit orbem semper triumphauit. Vos plaudite orbis plaudite iubilis & læti plausibus triumphate cantibus. Vos plaudite orbis vniuersi & lætis vocibus celebrate victorias & blandis floribus contexite coronas contexite. Hæc est solemnitas beatissimi Francisci qui dum viueret in terris cælestis gustauit terrena nesciuit & auertens oculos ne viderunt vanitatem dilexit Cæli mundo cæcus puritatem. Vos plaudite vrbes orbis vniuersi & lætis vocibus celebrate victorias & blandis floribus contexite coronas contexite. Attolite in cælum attolite lumina deprimere in terra genua & venerate Franciscum fællicissimum. Ille gaudijs Ille vocibus Aures oculos pectus totum se aperiet. Ille præcibus Aures oculos pectus totum se aperiet. Vos cæli plaudite Vos vrbes canite plaudite canite Francisco. A 3. Alto, Tenore, e Ballo.

TVa Iesu dilectio grata mentis refectio. Reple sine fastidio dans famem desiderium. Qui te gustant efuriunt qui te bibunt adhuc sitiunt nisi Iesum quem diligunt desiderare nesciunt. Va Iesu dilectio grata mentis refectio. Reple sine fastidio dans famem desiderium. Qui te gustant efuriunt qui te bibunt adhuc sitiunt desiderare nesciunt nisi Iesum quem diligunt. Iesus decus angelicum in aure dulce canticum in ore mel mirificum cordis pigmentum cælicum. Sis Iesus meum gaudium qui es futurus præmium. Sit mea in te gloria per cuncta semper sæcula. A 4. due Canti, e due Violini.

EXulta cor meum laetare ò anima mea nec tot cæli gaudia plausus & iubila hodie pigest imitari
 Exurge spiritus meus dissolue silentij vincula. Laudabilis enim Dominus in Sanctis suis
 memoriam mirabilium suorum exquirat. Eia surge iam conspice quam serena lux quam læta
 dies appropinquavit. O læta ferenitas ò lucida dies. O celebris memoria ò memoranda
 celebritas quæ in hac solemnitare nouum exposcit canticum laudis. Hic/Hæc est ille/illa fortie
 miles quem/Virgo prudens quam superato humani generis hoste mirificauit Dominus quoniam
 nomen eius dilexit. Concine igitur N. gloriam decanta militis/Virginis præconia & quia
 contra mundi nequitas legitime certauit coronatus/coronata hodie gaudet in altris. O
 Sanctissime N./ò Sanctissima N. meas preces ne deferat pro me ora Christum Iesum vt in beato
 gaudeam me collocari limine. A 4. Canto e Alto, e due Violini.

Litanie della B. V. à 4. [Litany of Loreto]

All verses set.

Part-books:

Canto.	A-G ²	56pp.	Dedication.	Index.
Tenore, e Canto Secondo.	A-D ²	32pp.	Dedication.	Index.
Alto.	A-G ²	56pp.	Dedication.	Index.
Basso.	A-E ²	40pp.	Dedication.	Index.
Basso Continuo.	A-E ² , F-G	48pp.	Dedication.	Index.

Remarks:

Quarto format. Copy consulted: I-Bc (digital copy). RISM A866

Online source: I-Bc, Gaspari online